



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 10. Moroni, & Simonettæ Legatorum adventus Romam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

§. X.

Moroni, & Simonettæ Legatorum adventus Romam.Pallav. c. 9.  
num. 5.

Paucis ante Natalitia festa diebus ambo hi Legati Romam venere, quos etiam Papa sæpius ad alloquium admissos multis benevolentiae signis semper cumulabat: quondam vero cum illis conferens deliberandum proposuit an Synodi decreta confirmare expidet: porro die trigesima Decembris habito Patrum Senatu hæc effatus est:

„Immortales Deo grates agimus, cu-  
 „jus benignitate Concilium Tridenti-  
 „num, summe celebre, finem summe  
 „felicem, optabilemque jam obtinuit.  
 „Post hæc Imperatori Ferdinando Chri-  
 „stianæ pietatis, ac singularis bene-  
 „volentiæ laudem tribuimus, cuius cu-  
 „stodia Synodus Tridentina cincta, ac  
 „munita auctoritatem, & amplitudi-  
 „nem suam liberam, illæsamque serva-  
 „vit. Hujusce testificationem officii  
 „cum aliis Regibus, Catholicisque  
 „Principibus libenter communicamus:  
 „summa pariter voluptate Legatos no-  
 „strros commendamus ob vigilantiam,  
 „ob prudentiam, ob fortitudinem, ani-  
 „mique constantiam, nunquam defi-  
 „cientem inter extremas eventuum,  
 „temporumque difficultates in sustinenda

„Sedis

„Sedis Apostolicæ dignitate. Fate- Sæcul. XVI.  
„mur denique, & comprobamus Re- A.C. 1563.  
„ligionem, ac perseverantem liberta-  
„tem reliquorum Patrum, qui laborem  
„omnem, curamque impenderunt ad  
„hæreses, corruptelasque auferendas:  
„quibus præterea non mediocriter ob-  
„noxii sumus, quod in moribus, ac  
„disciplina reformandis ea modera-  
„tione, atque indulgentia erga nos  
„usi sint, ut, si maluissemus hanc nos  
„ipſi curam fuscipere, eorumque arbi-  
„tratui nos committere, plus certe se-  
„veritatis a nobis fuisset adhibitum:  
„proinde cum hæc salutariter consti-  
„tuta sint, firmissima nobis voluntas  
, inest, ut per observationem decreto-  
„rum sacrosanctæ Synodi ea discipli-  
„næ ratio inducatur in mores, qua nunc,  
, si qui malam de nobis opinionem  
„concepere, tollatur ab ipsis error hu-  
„jusmodi; nam hic licet ignoremus, un-  
„denam ortum traxerit, multorum ani-  
„mos occuparit, existimantium, in iis,  
„quæ ad emendationem attinent, a  
„nobis prima Concilii claustra esse per-  
„fringenda: potius igitur moderatio-  
„nem, limitationemque a Patribus  
„usurpatam, nos, ubi opus fuerit, di-  
„ligentia nostra corrigemus, & tan-  
„quam in re nostro judicio reservata sup-  
„plebimus, & tantum abest, ut vel  
M 5 , „unum



Sæcul. XVI. „unum quidem apicem negligere, aut  
A.C. 1463 „diminuere velimus.

## §. XI.

*Pontificis consilia pro confirmanda Sy-  
nodo, atque urgenda illius  
executione.*

Insuper declarabat Pontifex, se velle, ut Cardinales Moronus, & Simonetta omni sollicitudine invigilent, ne quicquam Synodi decretis adversum decernatur: postea significabat, quod velit Provinciarum Legatos mutare, ac per seipsum ditionem Ecclesiasticam Iustrare: ut vero Synodi decreta certius observarentur, præcepit, quatenus omnes Episcopi mox ad suas Ecclesias pergerent, ibidemque præsentes adessent: si vero Cardinalium nonnulli suis Ecclesiis cessissent, sibi tamen eorum proventus, atque administrationem retinuissent, hæc integra Episcopis, qui eorum vices subirent, in titulum relinquerentur: præterea tanquam afflatu divino inspiratam deprædicabat Seminariorum institutionem, affirmans, quod studeret omnibus prior hujus rei exemplum præbere: porro ut ambo Cardinales Moronus, & Simonetta, quibus Synodalium decretorum executio erat demandata, hunc laborem eo facilius suscipere possent, illis tres alios